

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3984

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Richard de Vernon [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Richard, fils de Richard de Vernon [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1195

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [II], en échange de Vernon et de Longueville, donne à Richard de Vernon et à son fils, Montmelian, Plailly, Gouvieux, Auvers, Roberval, et tout ce qu'il avait à Louvres et une rente annuelle de la prévôté de Pontoise.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 33, p. 9 et p. 278.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Ricardus de Vernone et Ricardus, filius ejus, quitaverunt nobis et heredibus nostris in perpetuum et abjuraverunt, de mandato Ricardi, regis Anglie, Vernonem cum castellania et omnibus pertinentiis ipsius, et Longamvillam cum omnibus pertinentiis ipsius, et quecumque in eis habebant, tam feodium quam dominicum. Nos autem pro hoc excambio Ricardo filio et heredibus ejus dedimus, tenenda a nobis et heredibus nostris in feodium et hominagium ligum, per servicium quinque militum, ad usus et consuetudines Francie, pro octingentis libris parisiensium de redditibus, hec que inferius sunt nominata : videlicet Montem Meliandi, Plailiacum, Goviz, Auvers et Roberval, et quicquid in eis habebamus, et hospites nostros quos habebamus apud Lovras, et avenam nostram quam ibidem habebamus, et quindecim libras et quindecim solidos apud Pontisaram in prepositura nostra reddendas eidem Ricardo singulis annis in festo sancti Remigii et eumdem Ricardum de his in hominem nostrum ligum recepimus. Idem autem Ricardus reddet Buticulario singulis annis pro Monte Meliando decem et septem libras parisiensium, et reddet de Auvers Beate Marie de Campis viginti solidos, et Sancto Germano de Loia duos modios et dimidium de blado, et duos modios et dimidium de avena, et Ade de Insula unum sextarium avene, et servientibus ville quinque sextarios bladi. Que ut perpetuum robur obtineant, sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato presentem paginam precepimus confirmari. Actum Parisius anno Incarnati Verbi M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> nonagesimo quinto, regni nostri anno septimo decimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Guidonis buticularii ; signum Mathei camerarii ; signum Droconis constabularii. Data vacante cancellaria.